

dicatis: Benedictus, qui venit in nomine Domini.

VERSIONES.

- Syriac. n. 3. Ecce relinquitur domus vestra. Clem. Alex. Ecce relinquitur. D. Zeno. Ecce remittetur vobis. Arabicus. Domus vestra destructa. Vatabl. n. 39. Dico enim vobis haudquam me videbitis posthac. Clem. Alex. Non me videbitis deinceps. Syriacus. Non me videbitis ab hoc tempore vsque dum dicatis.

ALTER TEXTVS.

Luc. 13. n. 35. Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Dico autem vobis: quia non videbitis me, donec veniat, cum dicetis: Benedictus, qui venit in nomine Domini.

EXPOSITIO V.

CCE, id est, idcirco, vt multi interpretantur, seu vt legit Clemens Alex. Propterea, quia enim Prophetas, Apostolos, ac Discipulos occiderunt, ac lapidauerunt, denuntiat pena in eos, hac enim semper peccatores apprehendit. Relinquetur; seu, vt aliquid de presenti, relinquitur, quia in proximo erat totius vrbis deuastatio, & non ait. Requiam, vt videbatur dicendum, iuxta superiorem locutionem. Volui congregare. Sed ait, relinquetur, quia ille nos non relinquit, nisi prius relinquitur a nobis, nos enim eius itam sollicitamus, & euocamus. Domus vestra. D. Chrysof. in Ierem. 7. num. 46. D. Hieron. Euthym. Theophyl. templum interpretatur; alij etiam, vt D. Hieron. Carthusianus, Hugo, Ierusalem, ad quam igitur sermo Ierusalem. Deserta, a diuino patrio, vt ait D. Chrysof. deserta a suis habitatoribus, vt interpretantur D. Hieron. Beda; nam per um, ac Romanos desolata, ac deuastata fuit itas, & a suis habitatoribus, ac colonis deserta; notandum, quod non ait: Domus mea, vt auocabatur, Isai. 56. num. 7. Ierem. 7. n. 11. sermo vestra. Erat enim olim sua, quando in ipse colebatur, & ob hoc ei sua beneficia corbat, nunc autem suis peccatis aliena facta erat eo, & indigna eius beneficentia, inde non s, sed vestram domum dicit.

Dico enim. D. Lucas. Dico autem: V non me videbitis amodo. Seu vt habet Syriacus hoc tempore, nempe mortis, & passionis in qua intra tres dies a vobis mihi est inferendobat Dominus id, quod immediate dixerat, relinquetur domus vestra deserta, a mea presenti consequenter a mea protectione, & auxilio penam vestre incredulitatis, qua non is me agnoscere vt vestrum Messiam, & Dei sic

a tempore mortis meae a vobis, subducam in caelum, me non videbitis, donec dicatis, Benedictus, qui venit. Sermo est de die iudicij, ac fine mundi, vt volunt D. August. lib. 2. de concen. Euangel. cap. 75. D. Chrysof. Theophyl. Euthym. D. Thom. a tempore mortis meae, non me videbitis amplius vsque ad die iudicij, quando inuiti cogemini me confiteri esse vestrum Messiam, ac Dei Filium, ac benedictum illum, qui venit in nomine Domini, qui missus fuit a Deo Patre, ad redimendum, & saluandum mundum. Et forte ideo hic Dominus meminit iudicij aduentus, vt illius metu homines traheret ad sanam doctrinam. Aliter verò Origenes homil. 26. & D. Hieron. interpretantur, quod nisi Iudaei per penitentiam resipiscant, non videbunt, nec cognoscent Christum Filium Dei benedictum. Prior sensus genuinus.

QVÆSTIO XII.

Quare cum peccata fuerint communia totius Gentis Iudaeorum, Dominus peculiariter facit comminationem contra Ierusalem?

DESERTAM minatur Dominus futuram Ierusalem a diuina protectione, vt iam dixi in expositione, vel etiam vt interpretantur D. Chrysof. D. Hieron. iam citati, a Dei templo, quoniam templum columna erat Iudaica religionis, in eoque Iudaei maxime confidebant: iuxta illud: Nolite considerare in verbis mendacij, dicentes templum Domini, templum Domini, Ierem. 7. num. 4. Tum etiam quia templum erat tota nobilitas, ac excellentia illius Gentis, & ideo destructo templo, tota ciuitas, ac regnum abolitum, & extinctum existimabatur.

Origenes homil. 26. in Matth. per domum desertam interpretatur animam peccatoris; sic ait ipse: Ierusalem, qua erat deorsum comminatur Dominus, & nolentibus congregari sub penis eius, dicit: Ecce nunc relinquetur domus vestra deserta. Semper autem eis, qui noluerunt congregari sub penis eius dicit. Ecce nunc relinquetur domus vestra deserta. Non solum corpus, sed & anima peccantium deserta relinquitur, & sicut in deserto vulpes faciunt in eis foveas, & serpentes cubationes, &c. Qui Christum ab anima sua expellit, & sub eius alis non vult degere, ac viuere, necesse est vt anima eius fiat locus desertus ab omni dono spiritali, & vastissimum receptaculum, in quo fera; ac venenosae serpentes valeant cubare, ac commorari.

Quaestio tamen principaliter inquit. Quare cum peccatum mortis Christi, ac Prophetarum, & Apostolorum fuerit commune totius Gentis Iudaeorum, tamen Dominus specialiter contra Ierusalem facit comminationem? Respondeo. Quod in Ierusalem erat templum, vt iam dixi in limine quaestionis: Tum etiam quia Ierusalem erat Caput, ac Metropolis totius regni, ac proinde ipsa extincta, totum regnum videbatur extinctum, ac deletum. Vide cap. 4. q. 4. Tandem quia magnus dolor erat vt in ipsa ciuitate, in qua gens illa florentissime regnauerat, ab illa esset expulsa, vt alieni in ea dominarentur.

Minabatur

77.

Minabatur Deus Heli: Ecce dies veniunt, & prescendam brachium tuum, & brachium domus Patris tui, vt non sit senex in domo tua. Ecce Deus iratus in Heli, eum a summi Sacerdotis dignitate expellit. Quinetiam omnes illius posteros remouendos allerit a tali dignitate, alioque eorum loco constituendos; illud etiam iratus Deus addidit. Verumtamen non auferam penitus virum ex te ab altari meo, sed vt deficiant oculi tui, & tibi deficiat anima tua, 1. Reg. 2. n. 33. Cur quando sic iratus Dominus omnes Heli posteros ab altari suo remouet: adhuc asserit aliquem semper eorum relinquendum altari seruientem? Foritan: hoc est, quia Dei ira aliquo modo est emollita circa Heli genus, & pro beneficio illi concedit aliquem successorem: Minime. Sed vt inde magis acerba appareat poena, vult ex familia Heli aliquis remaneat in templo, vt is videns se deiectum in ea domo, in qua maioribus dignitatibus floruerat, & simul videns alium in ea gloria, & honore sublimatum, inde magis morderetur, & affligatur. Quis enim dolore mortis non tabescat, videns se a suis bonis expoliatum, in quibus alius sublimatus apparet? Rupertus lib. 1. in libr. Reg. cap. 2. Ideo, ait, se Dominus non penitus ablaturum ex domo Heli virum ab altari suo dicit, vt semper de domo Heli esset in domo Domini vir, qui in dignitate Sacerdotis alium constitutum videret, vt se eadem dignitate priuatum videns, oculi eius deficerent, & anima eius tabesceret.

78.

Inde aliqui dicunt quod Deus permisit aliquos ex Chananæis remanere in terra promissionis: Habitabitq; Chananæus, in medio Ephraim vsque in diem hanc tributarius, Iosue 16. n. 10. Statutum fuerat, vt omnes Chananæi deleterentur, & tamen aliqui relinquantur, non pro indulgentia, sed pro ingenti supplicio, vt in suis locis, in quibus ipsi floruerant se videant deiectos, & Istraëlitas regnantes; & quæ maior poena, quam quod quis videat alios intrantes in gloriam, in eaque triumphantes, a qua ipse miserimè excidit, & in magnum opprobrium prolapsus est? Vide tom. 3. cap. 11. q. 12. n. 155.



CAP. XLVIII.

Denuntiantur prælia audienda.

- Matth. 24. Et egressus Iesus de templo ibat. Et accesserunt discipuli eius, vt ostenderent ei ædificationes templi. Num. 2. Iesus autem respondens dixit illis: Videtis hæc omnia? Amen dico vobis, non relinquetur hic lapis super lapidem, qui non destruatur.

VERSIONES.

Syriacus n. 1. Exiit Iesus a templo. Et accesserunt in Euang. Tom. IV.

cessere discipuli eius, ostendentes ei ædificium templi.

- Vatabl. Pagn. Vt ostenderent structuras templi. Syriac. n. 1. Nonne videtis hæc omnia? D. Hieron. Non permanebit hic lapis super lapidem. Euthymius. Qui non deruatur. Vatablus. Qui non destruendus sit. Arias. Qui non dissoluetur.

ALTER TEXTVS.

Marc. 13. n. 1. Ferè idem cum D. Matthæo.

EXPOSITIO I.

Egressus Iesus de templo. Feria tertia post diem Palmarum, & die tertia ante eius sacratissimam passionem, postquam late concionauerat, quasi tota die incipiens sermonem, cap. 21. Matth. n. 20. hucusque egressus est de templo. Et ibat. De more suo sub vesperam in montem Oliuatum, ad cibum sumendum, ac pernoctandum in Bethania apud Martham, & Magdalenam. Accesserunt discipuli eius: familiariter, & quamuis exierant de templo, non obliuiscuntur de his, quæ audierant in concione, vt faciunt multi, cum egrediuntur ab Ecclesia. Vt ostenderent ei ædificationes templi. Non tanquam ignotas, vt inquit Euthym. Hugo, sed vt admirandas. E ita vt refert Marc. 13. n. 1. dixerunt: Magister absce quales lapides, & quales structure. Erat templum orbis miraculum: nam vt testatur Iosephus lib. 6. Belli cap. 6. Exterior eius facies nihil, quod anni, & oculi mirarentur, non habebat: crustis enim aureis grauisimis undique tecta vltra primos ortu, igneo splendore lucebat, vt cum intuerentur contentium oculi, quasi solis radij auerterentur. De quodate idem Iosephus lib. 15. Antiquit. cap. 14. Vilapandus de templo: Ostenderunt ei ædificationes templi, vt eum ad pietatem, ac clementiam excitarent ne templum illud periret. De quo quaest. 1.

Ipe autem respondens dixit illis: Videtis hæc omnia? Discipuli prouocauerunt Christum ad videndum magnitudinem, ac amplitudinem templi, ab ruina, quam prædixerat, seruaretur; è conti verò Christus maxime eos prouocat ad illam templi fabricam exactius contemplanam, vt videntes eius extremam euerfionem magis admirarent. Non relinquetur lapis super lapidem. Hyperboea est loquutio, & prædicitur hic extrema, ac totis ruina Ierusalem, quæ facta est à Romanis principibus; de hac sententia egi iam supra cap. 4. exposit. 2. q. 7. Vide etiam quaest. seq.

QVÆSTIO I.

Quare discipuli egressi de templo ostendunt Christo Domino illius fabricationes?

VERVNT discipuli a Christo Domino in se superioris concionis, vt dictum est BBbb 3 in

72. Clem. Alex.

Chrysof. Hieron. Euthym. D. Thom. Carthuf. Hugo.

Beda.

Isai. 56. Ierem. 7.

73. Syriacus.

August. Chrysof. Theophyl. Euthym. D. Thom.

Origenes Hieron.

74. Chrysof. Hieron.

Ierem. 7.

Templum nobilitatis, ac nobilitatis.

75. Origenes.

Anima peccatoris sit locus desertus ab omni dono celesti.

76. Grauis poena vt quis sit deiectus a suo loco, in quo alium triumphat.

Grandis dolor, vt quis expellatur a suo loco, in quo alius floret.

Rupert.

Iosue 6.

Pro poena datur, vt quis videat amulum in locum suum.

Extra templum recordantur de concione.

Euthym. Hugo. Marc. 13.

Iosephus.

Vilapand.

2.

3.

in cap. antecedenti : relinquetur vobis domus vestra deserta, vbi de templo erat sermo, vt ibi dixi, ostendunt ergo Christo magnificam eius fabricam, vt dominum excitarent ad commiserationem, ac ad reuocandam excidij sententiam. Origen. Ostendunt, ait, non quasi nesciret, sed vt remedium inuenirent destructionis. Caiet. Monstrare volunt templi adificationes, pronocaturi ad misericordiam. Quod etiam docent D. Chryostom. Theophyl. Euthym. Albert. Magn. D. Thom. rudes adhuc erant discipuli, vt hic notant Abulens. Carthuf. & alij, & ideo rudem pertendunt causam existimantes, quod ex consideratione externa pulchritudinis, ac sumptuositatis Christus mutaret sententiam, vt ait D. Hilarius : Post comminationem deferenda Ierusalem, tanquam commouendum ambitione templi esset, magnificentia ei extructionis ostenditur.

Origen. Caietan.

Chrysof. Theophyl. Euthym. D. Thom. Abulens.

Hilat.

4.

Theophyl.

Chrysof.

Pfal. 23.

5.

4. Reg. 25.

Cum cor. 7. minis deservit, vilescit Deo externa etiam sancta.

Rupert.

6.

Pfal. 77.

Lotia. Hieron. Arabic.

Vbi habitauit in hominibus; seu, vt legit Hieron. Habitauit inter homines. Illud tabernaculum ordinatum fuit à Deo, vt ex eius aspectu, ac consideratione homines praeprarentur, vt Deus in illis inhabitaret; quandiu ergo homines tales erant, vt Deus eorum cordibus habitaret, tunc tabernaculum, & altare Deo erat augustum, & honorificum. At cum homines defecissent à Deo prouocantes eum in sculptilibus suis ad amulationem, vt ait Propheta num. 58. Seseque tanto habitatore reddiderunt indignos, omnia illa habitacula sunt à Deo repulsa, contempta, ac tanquam in nihilum habita. N. Incognitus: Cum ergo, ait, non essent digni, in quibus habitaret Deus: merito repulit illud, quod non propter se, sed propter illos instituerat.

Templum no estimatur à Deo cum vita hominis deservit.

Incognit.

Matth. 24. Sedente autem eo supra montem Oliueti, accesserunt ad eum discipuli secretò dicentes: Dic nobis quando hæc erunt? Et quod signum aduentus tui, & consummationis sæculi? Num. 4. Et respondens Iesus, dixit eis: Videte ne quis vos seducat.

VERSIONES.

Syriac. n. 3. Et cum sederet Iesus super montem Oliuarum accesserunt discipuli eius, & aiunt inter se, & eum: & consummationis mundi. Vatabl. Pagn. Accesserunt discipuli seorsim. Arias. Quod signum tuæ præsentiæ. Arabicus. Et consummationis temporis. Arabic. n. 4. Cauete ne quis vos inducat in errorem.

ALTER TEXTVS.

Marc. 13. n. 3. Et cum sederet in monte Oliuarum contra templum, interrogabant eum separatim Petrus, & Iacobus, & Ioannes, & Andreas. Num. 4. Dic nobis quando ista fient? Et quod signum erit, quando hæc omnia incipient consummari. Luc. 21. n. 7. Interrogauerunt autem illum dicentes: Præceptor quando

quando hæc erunt, & quod signum eorum fieri incipient?

lenf. quæst. 21. Salmeiron, & alij arbitrabantur illi regnum Christi fore temporale in terra, instar regni Dauidis, vel Salomonis; & ideo illi ad Christum dixerunt, Actorum 2. num. 1. Domine, si in tempore hoc restitues regnum Israel? Videlicet temporale, ac si dicerent: Domine nunquid hoc tempore post resurrectionem regnum Israel à seruitute Romanorum liberabis, gloriosèque in Ierusalem regnabis.

Abulens. Salmeiron. Act. 2.

EXPOSITIO II.

7. Abulens.



EDENTE autem eo. Sedit Dominus, vt ait Abulensis quæst. 11. vt discipuli haberent occasionem interrogandi, & ipse daret excellentem, & necessariam doctrinam, quæ magnam considerationem requirebat, & ideo sedens, & non itinerans voluit illam exhibere. Super montem Oliueti. Vnde templum, & ciuitas inquit Carthusianus & Hugo manifestatissime aspiciantur. Accesserunt ad eum discipuli: vt interrogantes. Marcus quatuor nominat, Petrum, Iacobum, Ioannem, & Andream, & hi quatuor interrogauerunt, ait Euthymius, tanquam maiorem habentes fiduciam. Secreto. D. Marcus separatim. Syriacus, inter se, & eum. D. Chryostomus homil. 76. De magnis, & occultioribus rebus interrogaturi erant. D. Hieronymus, de mysteriis, & futurorum reuelatione. Quæ tam magna & sublimia, coram omnibus non erant dicenda, & ideo solitarie Christum interrogant; an verò Christus Dominus solummodo cum his quatuor fuisset locutus, verisimile est, vt existimant Abulensis q. 16. Maldonatus & alij; hoc verò videtur indicare illa particula, separatim, secretò. Euthymius verò, & Barradas, vt valde probabile existimant quod illi quatuor interrogauerunt, Christus tam presentibus reliquis discipulis doctrinam tanti momenti de Antichristo, ac die iudicij coram omnibus tradiderit. Et ita illam particulam, separatim, secretò, non ad discipulos, sed ad turbas referunt, hoc sensu quatuor interrogant, separatim, ac secretò à turbis, ac multitudine.

Carthuf. Hugo.

Euthym.

Chrysof.

Hieron.

Abulens. Maldon.

8. Tria interrogant.

Dic nobis, Tria interrogant. Primum, quando hæc erunt, & excidenda est Ierolyma, vt non relinquatur lapis super lapidem, vt dixisti. Secundum, quod signum aduentus tui. Ex quonam signo possumus intelligere tuum aduentum instare ad iudicandum mundum. Tertium: Et consummationis sæculi, seu mundi, vt legit Syriacus. Quando nempe erit finis, & consummatio totius mundi. De quo latius quæst sequenti.

9.

Et respondens. Dixit eis: Videte. Magnam eorum circumspectionem, ac vigilantiam commendat Dominus, nam tam periculoso tempore, quando maius imminet periculum, maior cautela est adhibenda. Ne quis vos seducat. In persona suorum discipulorum loquitur Christus cum omnibus suis discipulis, ac commendat, vt vigilant, ne quis eos in errorem inducat, vt eos à sua fide, ac Euangelio abducat.

10.

QVÆSTIO II.

Quare discipuli tria interrogant, de exitio Ierolymæ, sine mundi, ac aduentu iudicis?

TRIA à diuino Magistro quærunt discipuli. Primò, quando Ierolyma, ac templum eius erit euertendum, Quando hæc erunt, vt iam explicauimus. Secundò. Quod signum aduentus tui. Quod de temporali regno interpretantur. Abu-

Dicendum tamen existimo cum D. Thoma, Hugone, & Caietano, Carthusiano, Francisco Luca, Cornelio, & aliis, qui opinantur discipulos de aduentu ad iudicium finale interrogasse, intelligebant enim Christum futurum iudicem vniuersalem, Matth. 16. num. 26. Filius hominis venturus est in gloria Patris sui, cum Angelis suis, & tu erit iudex unicuique secundum opera eius, Matth. 19. num. 28. Cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue, sedebitis & vos super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel, Ioan. 5. num. 28. Venit hora, in qua omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem filij Dei, & procedent, qui bona fecerunt, in resurrectionem vite, qui verò mala egerunt, in resurrectionem iudicij. His ergo, & aliis locis instructi discipuli interrogabant de aduentu eius ad iudicium. Confirmatur hæc sententia efficaciter, quia cum signis aduentus eius coniungunt consummationem, id est finem mundi. Quod erit signum aduentus tui, & consummationis sæculi. Non enim discipuli sibi persuadebant Christum post consummationem mundi temporaliter regnaturum, vt simul vtrumque coniungerent.

I. D. Thom. Hugo. Caietan. Franc. Luc. Cornel. Matth. 19.

Ioan. 5.

12.

Quærunt Apostoli illa tria, & primò de excidio Ierolymæ, & templi. Dic nobis, quando hæc erunt. Quæ dixisti, vt non relinquatur lapis super lapidem. Nam, vt inquit D. Remigius, Beda, Abulensis quæst. 17. quia hoc multum pertinebat ad eos; nam si Christus prædicet destruenda regna Indorum, vel Chaldaeorum, non multum de his curarent discipuli, quia illud non attinebat ad eos; at destrui Ierusalem, & templum maxime ad eos expectabat. Nam discipuli Christi erant Iudæi. Nonne omnes isti, qui loquuntur Galilæi sunt, Actorum 2. Ierusalem erat caput regni, in quo erat constituta eorum patria, & habitatio; templum autem erat, in quo fiebat Dei cultus, & caremoniarius ritus, ideo debebant quærere, vt scirent, quem cultum, & caremoniariam modum post eius destructionem erant habituri. Deinde, quia Ierusalem, & templum non erat euertendum sine graui bello, expediens verò erat, vt scirent tempus, quo illa accederent, ad hoc vt postea possent sibi prouidere, & se recipere ad loca tuta.

Remig. Beda Abulens.

Act. 2.

Quilibet interroget de his, qua ad eum pertinet.

13.

Quærunt deinde de aduentu iudicis, ac consummatione sæculi, quod propter nos interrogant, vt inquit D. Chryostomus & Hugo. Nam Apostoli constituti erant principes, ac pastores omnium fidelium, quibus maxime salutaris est doctrina de aduentu iudicis, ac consummationis sæculi, vt ad vitam salutis dirigerentur, de qua Apostoli vt veri pastores multum solliciti, ideo illa duo interrogant à diuino Magistro.

Chrysof.

Pastores solliciti de ouibus.

14.

Secundò. Illa tria interrogant. Quia vt docet D. Chryostomus homil. 76. Discipulos ex illis Domini verbis hausisse. Non me videbitis amodo, donec dicatis: Benedictus, qui venit in nomine Domini. Vnde ait Chryostomus, discipuli putabant, vna cum Ierolymorum euersione consummationem

Chrysof.